FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## DIVI MARTIALIS APO=||stoli epistol[a]e du[a]e q[ua]ru[m] altera ad Burde=||gale[n]ses: altera ad Tolosanos ab ipso || directa e[st]. H[a]e d[e]n[u]o ...

**Martialis <von Limoges>**

**Francfordiae cis Oderam, 1528**

**VD16 ZV 30551**

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148199

Visual Library

# DIVI MARTIALIS APO-

ſtoli epiſtolę duę q̄rū altera ad Burde-
galēſes: altera ad Toloſanos ab ipſo
directa ē. Hę dn̄o reuelante reptę
ſunt in ſacrario Baſilicę ſācti
Petri ī vrbe Lemouica: vbi
hacten⁹ latuerāt defoſſę
in arca ſaxea ſub ter-
ra q̄ prę nimia ve-
tuſtate vix legi
potuerunt

## Incipit Epiſtola Beati Martialis Apoſtoli ad Burdegalenſes. Caput. I.

MArtialis ſeruus Dei & Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti cū ſancto ſpiritu: qui repleuit corda noſtra: qui ſubdidit ſibi ōnem mūdum: qui alligauit diabolum & peccatū: Burdegalenſib⁹ iam in Chriſto renatis per aquā & ſpiritū ſanctum filiis & filiabus: cū ſorte & hæreditate dei: quę data ē p oratione. Pax vobis & miſericordia: quia cognouiſtis veritatem. Manifeſtaui enī vobis nomē creatoris: qui ſolus eſt creator. Cœlū enim: & terram: mare: & omnia q̄ ī eis ſūt: ipſe creauit & pfecit & benedixit. Vos autē ignorabatis ipſum genus veſtrū: nec vos de vno patre et vna matre creatos eſſe noueratis. Sed & vindictā q̄ facta eſt per diluuiū neſciebatis: in quo omni mundo punito: quia cōtra creatorem ſe erexerat in omnem ſuperbiā: ille qui ſolus iuſtus inuentus eſt cū filiis in ſpirituali eccleſia q̄ nūc in vobis apparet: reſeruatus eſt Nā in illo ſęculo: ex q̊ p̍m⁹ homo cœpit a deo formatus de limo: cōgregatio filiorꝝ dei: quæ iam congregatur: pclamabatur: donec pater generis noſtri & Hebręorꝝ qui vocat⁹ ē Abra

ham: iuſtū filium ſuū dilectiſſimū Iſaac: quē vnicum ſuſceperat: deo ſup altare ī molādum hoſtiam obtulit. Vnde & fortis deus eū non pmiſit occidi: quia nō delectat̃ ſed valde magis offēdit̃ effuſione ſaguinis hominū. Victia autē arietis: q̄ debita erat in lege Hebręoꝝ p homine cęſa eſt: ſed deus nō ſaguine arietis ſed voluntate patris et filii iuſta delectatus ē.

Caput. II

IPſa figura fratres videntibus oculis noſtris in filio dei noſtro tpe pfecta eſt Deus enī qui pater ē omniū gentiū: vnicum ſuum: quem ſolum genuit & vnice dilexit ad mortem venire iuſſit. Mori enī potuit quia homo fuit: & quia de virgine Maria natus ē homo. Filius dei ante principiū fuit: & quia deus erat: diu teneri in morte nō potuit. Reſurrexit enī ante lucem in die tertia de loco in quo eum ſepeliri vidim9: & apparuit nobis & letificauit nos. Teſtes enī ſum9: quia eū aſcēdere ī cœlum vidimus: nec tamē a cœlis vnq̄ receſſit. Scitote autē quia de cœlis cōtēplat̃ bonos et malos: et bonos quidem remunerabit ieffabiliter: malos autē puniet miſerabiliter. Itaq; nolite retro reſpicere ad idola q̄ coluiſtis & fabricaſtis: ſed ipſū ſolū quē vo=

bis predicaui deū vnum colite & adorate per omnē locum. Ipſe enim ē cuiꝰ oculos nemo poterit effugere: cuiꝰ poteſtatē nemo euadere poteſt. Sicut autē ſimulacra veſtra antiqua diruiſtis: ita ſubuerſa ſit infidelitas a cordibꝰ veſtris. Caput. III

Honorabatis ſacerdotes qui decipiebāt vos ſacrificiis ſuis: qui mutis & ſurdis ſtatuis offerebāt q̄ nec ſe nec vos iuuare poterāt: nūc autē multo magis ſacerdotes dei omnipotētis: qui vitam vobis tribuūt in calice & viuo pane: honorare debetis. Quē enī vobis cōſtitui dei iuſſu: iuſtū ē a vobis cōſeruari. Ipſe enī Sigibertus qui an̄ cōſulebat dæmonia ſeruꝰ creaturæ: nūc in fide domini noſtri Ieſu Chriſti perfectus: ſoli creatori ſeruiens: ꝓ ſtercore reputat ipſa demonia quibꝰ ante ſeruiebat. Ignotū vero deum: quem nō nouerat: modo cognitū nō ſāguie beſtiarum: ſed fide ſyncera et iubilatiōe confeſſionis ſibi & vobis ꝓpitiabilē facit. Nam dū altaria demonū in puluerem redigerētur: aram ignoti dei ad cōſecratiōē reſeruari iuſſimꝰ: q̄ dedicata ī nomine domini dei Iſrael & ipſius teſtis Stephani: qui ꝓ eo a Iudeis paſſus eſt: nō hominis cultū ſed dei in ea frequentatis. Ste=

phauus enī nō deus: ſed amic⁹ dei fuit: qui ꝑ
teſtimonio eius: animā ſuam poſuit: cuius
ſāguine ipſa mēſa eſt decorata: quia ſuo ſang-
uine Ieſus Chriſtus cōꝓbat⁹ eſt eſſe deus: &
qui crediderit: ornamēta fidei maiora ꝓcepe-
rit. Sacrificiū enī deo creatori offert̃ ī ara nō
homini: neqꝫ angelo. Nec ſolum ī ara ſāctifi-
cata: ſed vbiqꝫ offert̃ deo oblatio mūda: ſicut
teſtat⁹ eſt: cuius corp⁹ & ſanguinē in vitam
ęternā offerim⁹: dicētes. Spiritus eſt deus: &
eos qui adorant eū in ſpiritu et veritate opor-
tet adorare. Ipſe enī corp⁹ habens & īmacu-
latū & ſine peccato: quia cōcept⁹ eſt de Spi-
ritu ſancto: natus ex Maria vͥgine: in ara cru-
cis ipſū ꝑmiſit immolari. Quod autē Iudei ꝑ
inuidiā immolauerunt: putantes ſe nomē ei⁹
a terra abolere: nos cauſa ſalutis noſtrę in ara
ſanctificata proponimus: ſciētes hoc ſolo re-
medio nobis vitam pręſtandam: & mortem
effugādam: hoc enī ipſe dominꝰ noſter iuſſit
nos agere in ſui cōmemorationem. Nam de
ſacrificiis idolorum notū vobis a me factum
e: quia ea maxime de cauſa domiabat̃ vobis
diabolus. Et ſicut cōmunio viui dei eſt vobis
vita: ſic participatio menſę ſimulacroꝝ erat
vobis æterna mors: īfirmitates: corruptio-

nes

nes: & nimię tribulationes hui⁹ ſęculi.

Caput. IIII.

SEd etiam poſtq̄ baptizati eſtis: oportet vos caſtos eſſe a malitia: vt mēſa diuīa digni ſitis. Nolite autē vnū & idē putare eſcā humanā & diuinā: q̄ vobis viſibilis ē: ſed tamen in fide pfecta tota cœleſtis. Per vnā enī corpus: p alterā anima viuit. Cauete autem abhomicidiis: ne forte vos occidamini. Eſt enim indignus mēſa domini: qui hominem occiderit. Nam ſi pſumit eucharistiam: re⁹ eſt mortis animę & corporis ſui. Reuiuiſcit enim anima p baptiſmum: & moritur p homicidiū. Corp⁹ vero: q̄d tanto peccato ē ſubditū: ī impiorꝝ pœnis ęternaliter excruciabitur cum anima ſua: poſt illū diē: quando ver⁹ deus & verus homo iudicabit omnes gentes. Nolite ergo cōcupiſcere terrēa: qui iā adquiſiſtis cœleſtia: quia p cupiditates mundi hui⁹ exardeſcūt mētes in homicidia ī inuicē. Vnde & aīmæ pereunt: q̄s Chriſtus lauerat aq̄ ſanctificatiōis: hoſtis vitę adquirit ī pditionē ſuę mortis: eo φ dum a deo recedūt: peccatis ſe inuoluunt.

Caput. V.

SCribere autē vobis neceſſariū duco: vt velut paruuli malitia: ſāctificatos vos

domino ꝑ beatis: attẽdentes quia gratiſſimũ
deo hoſpitiũ eſt mẽs munda cupiditatib⁹ &
ſimulatione. Nam ſicut pturbationes maris
videtis: ſic in vobiſmetipſis fluctus vitioꝝ
ſentietis. Deo autem claritatem ſuę miſeri-
cordiæ ſup vos extendẽte: nõ conturbamini:
ſed exultabitis in trãquillitate poſiti. Beati
vero eritis: cũ exultatiõe deo ſeruiẽtes libidi-
ni reſtiteritis: vnde maxima corona remune-
rationis ĩpertiet vobis. Nec beſtiales mores
oportet vlteri⁹ eſſe ĩ eis: qui vaſa domini mũ-
da ſunt in adoptionẽ filioꝝ ęternę hęredita-
tis: ſed honeſtate rõnabili omnes homĩes vti
Hæc enĩ agentes ſecuri terrã poſſidebitis: &
omnia irrationabilia ſubiecta erũt vobis. Ip-
ſa quoq; elementa: quibus ante ſeruiebatis:
ſeruient vobis tanquam cultoribus & mag-
nis amicis dei. Prędicationẽ autẽ meã noli-
te in vanũ ducere q̃ſi nouã neq; obliuiſcamini
mirabiliũ dei: q̃ per me vidiſtis: quia & vos
multa gratia digni eritis cũ euãgeliũ Chriſti
in laude & reuerẽtia habebitis. Itaq; ſicut fre-
quenter adorabatis opera manuũ veſtraꝝ: ſic
potius & multo frequentius vnũ deũ qui vos
creauit: qui vobis vitã tribuit: adorate: quia
ab ipſo adiutoriũ habebitis: nõ ſolum in hoc

ſęcu

ſeculo: ſed etiā ī futuro. Et aſſidue deo grati
as agite qui de tenebris mortis vos adduxit
& iam cœli ciues fecit. Sed & ſpiritum dei
ſanctificate ī cordibus veſtris: ꝑ ipſum enim
vobis peccatorꝝ remiſſio tribuitur. Itaqꝫ ſpi
nas cordis auellite: vt ī ſuauitate dei requieſ-
catis. Hæ ſūt enim ſpię q̄ per multas amari
tudines & inuidias & doloſitates non ſinunt
gaudiū & oleū ſpiritus ſancti in vobis domi-
nari. Caput. VI.

SEd neqꝫ metuatis eos: qui necdum re-
ceperit viam ſalutis. Obcecauit enim
illos diabolus tenebris ſuis: ne ſe facile
eruāt a morte. Mors namqꝫ eorꝝ ē delectatio
ſeculi. In deſideriis enī animæ ſuę morietur:
& ī adinuētiōibus ſuis peribūt: & iniquitas
eorꝝ ī caput eorū deſcēdet. Habētes enim na
turalē ſenſū: deū: qui illos creauit: qui eis vitā
& ītellectum dedit: abnegant: et cū ipſi male
agūt bene agētes īpugnāt. Līguas ſuas ſicut
ſerpentes exacuūt: & venenū Aſpidū ſub la-
biis eorꝝ. Cōtritio & īfœlicitas ī viis eorꝝ: &
viā pacis nō cognouerūt: nō eſt timor dei āte
oculos eorꝝ. Propterea illic trepidauerunt ti-
more: vbi nō erat timor: ſicut Spiritus ſāct9:
hæc locutus ꝑ os vaticinantis regis: ꝓteſtat9

 eſt

eſt. Nec ſentiũt ſe iam ĩ abyſſum demerſos. cum iam ſint iudicati. Qui enim nõ credit iã iudicatus eſt: quia non credit in nomine vni-geniti filii dei qui uos ſaluauit et illuminauit claritate diuinitatis ſuę: apparens homo per carnẽ ſine peccato in ſimilitudine carnis pec-cati. Nolite ergo carnales timere: ſed magis vos ſpirituales eſtote: & creſcite in gratia dei & ſuſtinete patienter eos qui ĩ vobis Chriſtũ pſequũt: in quem credidiſtis & cuius ſpiritu ſãctificati eſtis ĩ ęternã ſalutem.

Caput. VII.

NVlla ſit in vobis inuidia: p hanc enim ſpũſſanctus mẽtem derelinquit. Re-cedẽte aũt ſpirituſãcto a tabernaculo mẽtis euacuatˀ homo dulcedine: & impletur omni amaritudine: nullꝰ ꝙ locus ei eſt ĩ cœlo: quia alienũ ſe fecit a bonitate. Efficitur cubile dra-conum & habitatio immundorꝝ ſpirituum. Inde ab auaritia abſorbetˀ: & ab omni dulce-dine ĩfructuoſus & ſterilis contabeſcit miſer et derelictus. Vos aũt oculos veſtros aſſidue ad miſericordiam diuinitatis eius erigite: & malitiã diaboli calcate: quia & iã per trophę-um Chriſti deductꝰ eſt: & p crucẽ dñi ligatꝰ ẽ

Caput. VIII. Crucẽ

## Ad Burdegalēſes.

CRucem domini: in quē credidiſtis deū verum & dei filiū ſemp in mente: ī ore: in ſigno tenete. Crux enī domini armatura veſtra īuicta cōtra Satanā: galea cuſtodiēs caput: lorica protegēs pect⁹: clype⁹ tela maligni repellens: gladius iniquitatē et angelicas inſidias ꝑuerſæ poteſtatis ſibi ꝓpinquare nullo modo ſinēs. Hoc ſolo ſigno cœleſtis victoria data eſt nobis: et ꝑ crucē baptiſma dei ſanctificatū eſt. Neq; in veneficiis neq; ī furtis imitemini peſſimos: & ipſi enī tales a regno dei excludentur. In fide aūt ꝑfecti eſtote: pro certo ſcientes quia Ieſus Chriſtus ipſe eſt filius dei viui qui ſedet a dextris eius: & vos protegit vt regnū diaboli diſperdat. Sed tamen in ſua diſpenſatione occulta ab humāo intellectu ꝑmittit diabolū dominari in ſuos: & ꝑſequi bonos ī diuerſis tētationibus: quibus electi ꝓbātur & examinantur. Examinati vero: poſtea coronabūt. Qui vero eos tētant vltionem non effugient: quia omnes oportet adſtare ante tribunal Chriſti qui iudicabit in iuſtitia orbem. Beati autē eritis frates mei in illo die: ſi cōſcientiā veſtram purā corā deo nūc exhibueritis Et ſicut vnam fidem vnum baptiſma tenetis a deo ī vobis: ſic angelis cohæredes eritis: na

turā

turã quidẽ hũanã: claritatẽ vero angelicã ha-
bituri. Nõ quidẽ euacuabit veritas corporis
ſed nõ erit põdus & fragilitas corruptionis.
Nũc morimur p Adam: & tũc reſurgemus
per Chriſtũ. Nũc fraglitate circũdamur: tũc
virtute induemur. Et ſi enĩ morimur corpore
ſed tñ nunq̃ moriemur ſpiritu. Spirit⁹ enĩ ſine
morte citatus eſt a deo. Caput. IX.

ET maxime viuim⁹ p paſſionem agni ĩ-
cõtaminati qui a Iudeis ĩ cruce pro ſa-
lute mundi paſſus ẽ. Ipſi⁹ ſaguis vulne-
ra lauit noſtrarũ aĩmarꝫ: quibus e morte fati-
gati & p lignũ vetitum vſq; ad paſſionẽ dñi et
mortificati & cõpoſiti ineffabili dolore pſter-
nebamur. Nũc aũt ex quo reſurrexit a mor-
tuis: iam viui: iam fortes: iam imorales: iã ĩ
ſanitate plena & ppetũa exultabim⁹. Supna
enim dei gratia clarificauit corda noſtra: ad
gloriã & illuminatonẽ gẽtium. Gloria ſalus
noſtra & illuminatio noſtra. De illuminati-
one noſtra illũinatio veſtra manat: quia dum
pſentia ſua rex regum nos ĩſtruere curauit: p
nos æternã vobis claritatẽ miſit. Quę ẽ ergo
nebula peccatorꝫ q̃ ſplẽdorm veſtrũ obſcurare
poſſit? Nam ſi ad horã obſcuret: cito tñ ptrã-
ſiet. Claritas aũt domini ĩ æternũ pmanebit

quæ

nūc in vobis paulatī accendit. Virtute autē dei & ſapiētia q̄ manet ī æternū vſq; ad pfectū clareſcēs illuminabit tanq̄ lumē perpetuū angelo℞. Ex hac enī claritate q̄ illuxit ī cordibus veſtris p fidē qua in mortem dōini credidiſtis cōſumabit ī vobis æterna beatitudo: q̄ neq; in deo patre & domino Ieſu Chriſto & ſpiritu dei initiū nec ī vobis finē operabit.

Caput. X

S Ane de myſterio trinitatis q̄ bon⁹ & beatus et ſuauis deus rex regū p noſtrā annūctiationem reuelare dignatus eſt vobis ſcitote intelligentes quia vltra omnē ſenſum angelica℞ poteſtatū & virtutum vera diuinitas excellit: quam īpoſſibile eſt etiā a ſpiritib⁹ angelicis cōprehendi. Sola enim trinitas in diuinitate vnitatis ſeipſam nouit. Hęc enim ante ſęcula in claritate ſuæ æternitatis pmanebat: nihil ī ſe diminutū vel q̄d augeri poſſet intra ſe cōtinens: ſed vnius ęternitatis vnius voluntatis vnius eſſentiæ vnius ſanctitatis vni⁹ puritatis vltra omnē puritatē vltra omnem gloriam ī charitate ī veritate in bōitate habitauit. Nunc vero in fine tempo℞ ꝓpter nos q̄s bonitatis ſuę magnitudinē extendit gloriam tātę maieſtatis reuelauit ſāctis ſuis

quibus

quibus & efficatiam ſuę virtutis multotiēs
dignanter p̄buit. Vnde quidam ex noſtris ī
āore & intelligētia magnus ꝓteſtabatur po-
pulo ſuo dicens. Audi Iſrael: dn̄s deus tuus
deus vnus eſt. Hoc enī vnus & ſolus deus dū
mitteret quem elegit ad educendum populū
ſuum de ſeruitute dignatus ē pādere dicens.
Ego ſū deus Abrahā: deus Iſaac: deus Iacob
hoc nomē memoriale meū ieternū. Rurſū
trinitatem ī vnitate deſignauit dicēs. Ego ſū
qui ſum. Hæc dices filiis Iſrael. Qui ē miſit
me ad vos. Hec autē fratres ſcitote: quia v͛bū
in q̊d credidiſtis filius eſt vnigenitus āte om-
nem ſubſtantiā āte omne initium. Ipſe ē enī
principium: quia de pricipio ineffabiliter ge-
nit⁹ eſt. In noſtro vero tempore mirabiliter
ab angelo ānuntiatus & in veritate incōphē-
ſibili de virgine Maria natus eſt: nichil dimi-
nutus a diuinitate maieſtatis ſuę: cuius nos
teſtes ſumus. Spiritus vero dei qui vos ſanc-
tificauit credētes in ipſum qui filiū naturalē
& ſibi ſecundum æternitatē coæq̄lē ꝑ omnia
reſuſcitauit tertia die a mortuis nō eſt genit⁹
ſicut v͛bum: quia & ipſe ſpiritus ī diuina eq̄li-
tate glorioſ⁹ ꝓceſſit ieffabiliter ab eo qui ge-
nuit & ab eo q̊qꝫ qui genitus eſt. Itaqꝫ ſpirit⁹
dūi

dñi nõ genit⁹: nõ factus: nõ creat⁹: ſed ꝓcedẽs eſt a patre & verbo. Verbo autẽ domini cœli firmati ſũt: & ſpiritu oris eius omnis vⁱtus eoꝝ. Itaq; nichil diſcretũ in diuinitate trinitatis ſẽtiatis: quia nobis vnus & idẽ deus qui cuncta creauit. Pater: & vnus & idem dominus p quem omnia facta ſũt: filius ei⁹ Ieſus Chriſtus & vnus idemq; deus ſpirituſſanct⁹ in quo omnia ſubſiſtunt. Et hæc ĩ pſonis tria diuiſa: in diuinitate vnus deus indiuiſus eſt.

Caput. XI.

HOc etenĩ fratres vobis ſcribere neceſſarium duxi: ſicut & pſens vos docui per euãgeliũ Chriſti: volẽs vos confirmare in veritate fidei noſtrę p quã ſanati eſtis ab infidelitate vt firmã fidem veſtram cuſtodiatis obſeruãtem ĩmaculatã tunicã veſtram ĩ cõſpectu æternę claritatis dei quia ĩ nouiſſimis tẽporibus (vt deũ ĩ cœlo cũ Chriſto quẽ deum & hominẽ in terra adoraui m⁹: quẽ ad cœlos aſcendentem vidimus: erimus ſoluti a corpore. venturi vero poſt vos. in hac terrena pugna cõuerſabũtur) optet multos diſcedere retro. dum deum. qui illos creauit & vocauit. abnegare nõ timebunt. Et inimic⁹ qui nunc a cordibus veſtris ꝓiectus eſt. ventur⁹ ẽ

vt

vt ſupſeminet ĩ pplo dei grana errorꝝ. Sed firma eccleſia dei & Chriſti nec cadere nec diſrumpi poterit vnq̄. Venient aūt preſūptores abſq; gratia dei loquētes: quorꝝ gloria labiorꝝ ꝓcedit ex ſupbia: ſimiles illi qui ſupbia cœlū ꝑſumēs habitare mox de cœlo cū āgelis ſuis ſequacib⁹ ruit in æternam voraginē. Hi docebunt aliā doctrinā quę aliena eſt a deo: amica autē diabolo: p q̄ ipſe ſpūs erroris āimas poſt ſe trahere feſtinabit. Caput: XII.

V Os itaq; filii mei: quos ĩ Chriſto p euāgeliū genui: ſolū patrē cognoſcite deū: & ſolum dominum cognoſcite Ieſum Chriſtū: & ſolū dn̄antē viuificatorē cognoſcite Spiritū ſãctū: & vnam fidē: vnū baptiſma: vnū deū creatorē omniū diligite: ipſumq; ſolum timete: & ĩ mādatis ei⁹: q̄ a me audiſtis vſq; ad mortē patiēter perſeuerate: expectantes aduētum ei⁹. Seculares fabulas declinate q̄ corda veſtra poſſint ſenſim a diuino amore deflectere. Caput. XIII

E T vt verbū Chriſti habitet ĩ vobis cum gratia orate aſſidue. Inuicē voſipſos in verbo exhortatiõis & cōſolatiõis ędificate: alterutrū diligētes: in ſynceritate ābulātes: ĩ gratia dei abūdantes. Euigilate ĩ operibus

rib⁹ fructuoſis:et maxime laborate ꝓpter ſpẽ
remuneratiōis:que magna ꝓmiſſio eſt vobis
ī cœlis. Solum aūt deū timentes:eum qui ī-
fidelibus dñatur:Satanā nolite timere. Ni-
hil enī gregi Chriſti poterit nocere: quē fortē
videt in fide ei⁹:qui eū emundauit vt nō habe-
ret īmunditiā ſed plenam & ꝑpetuā gratiam
.Gratia & pax vobis fratres cum bñdictione
dei æterna. Amen.

Explicit Epiſtola Beati Martialis ad Bur-
degalenſes.

Incipit Epiſtola eiuſdē ad Toloſanos.

Caput I

S Eruus dei: Apoſtolus Ieſu Chriſti
Martialis Cephas omnib⁹ fratrib⁹
qui ſūt Toloſe cū ſacerdotibus et mi-
niſtris ſpiritualib⁹ eccleſiaꝝ dei:gratia vobis
& veritas & pax a deo patre noſtro & domi-
no Ieſu Chriſto. Gratias agite deo īceſſanter
filii: qui eripuit vos a ꝓfūda caligine dānati-
ōis æterne:& circūſpicite diligētiſſime caput
veſtrꝝ: q̄d eſt Chriſtus: qui ē bñdict⁹ ī ſecula
Amen. Vos enim eſtis mēbra ei⁹ & corpus
īmaculatū:nec aliq̄ re coīquinatū: neq; ſordi-
bus obuolutū. Iam enī ſctificati & mūdati
eſtis aqua regenerationis. Videbo aūt vos ī

pximo & viſitabo in ſpiritu ſācto ī gratia & fide caſtitatis p dn̄m noſtrꝝ Ieſū Chriſtū bui mortuꝰ ē p nobis: et reſurrexit ī veritate re: ſurrectionis: quē gēs Hebręorꝝ iudicās purū hominē: p īuidiā dānauit morte. Sanauerat enī vidētibꝰ oculis noſtris: egrotos & lāgui: dos eorū: curauerat paralyticos: mūdauerat leproſos: demōiacos liberauerat: & q̄d maiꝰ eſt: mortuos eorꝝ tanq̄ de ſomno reſuſcitaue: rat. Nam & quēdam iam fœtentē quadridū: anū: rogantibꝰ ſororibus eiꝰ: ita de monumē: to facile reſuſcitauit: vt ad ſolū eius verbū cō: tinuo de monumēto reſurgeret: ligatus ſuda: rio mortuorꝝ. Cæcis etiam viſum reddebat. Vn̄ & nato cęco oculos p̄buit. Et innumera alia magnalia opatꝰ eſt in populo Iudeorꝝ: ſi cut p̄dico & ānūtio vobis teſtificans vera eſſe q̄ de eo a me p euāgelium veritatis audiſtis.

Capnt. II.

NVnc enī dominū et magiſtrū noſtrum qui vere Chriſtus filius dei eſt: poſt tā: ta & īnumera bn̄fitia q̄ in eis operatus erat: turbę Iudeorꝝ ſuadētibꝰ pricipibꝰ ſacer: dotum & ſcribis: ſine aliquo reatu mortis dū̄ cauſa nō īueniret ī eo: poſtulauerūt iterimi ī ligno. Propter q̄d magnis vocibꝰ acclamabāt

Iudei

Iudei dicẽtes. Crucifige crucifige. Mors aũt ei⁹ lignum crucis eis extitit. Vñ triumphus crucis vita noſtra eſt in ęternũ. Per crucẽ enĩ vita nobis reſtaurata eſt: & mors mortua ẽ.

Caput III

ECce vt vobis iam notum feci: & iterũ vobis notũ facio: ꝙ Chriſtus poſtq̃ reſurrexit de ſepulchro cõuerſatus eſt nobiſcum per dies xl & conueſci nobiſcum non ẽ dedignat⁹: vt ſe ĩ veritate carnis viuũ nobis demõſtraret. Et ꝓcepit nobis ꝑdicare & teſtificari gẽtib⁹ pœnitentiã & remiſſionẽ pctõrũ & regnũ cœloꝝ. Aſcẽdit aũt ĩ cœlũ: & ſedet a dextris dei: ætern⁹ ĩ majeſtate: in gloria patris. Vnde iudex viuoꝝ et mortuoꝝ apparebit in die nouiſſimo: ad cui⁹ vocẽ omnis caro reſurget: ſãcti renouabũt ĩ incorruptione immortalitatis æternę.

Caput. IIII.

ET nũc fratres: quẽ ipſi occidere putãtes morti tradidere: ĩmortalẽ vos adorate deũ & ſaluatorẽ veſtrũ dñm Ieſum Chriſtũ. In cui⁹ nomine niſi quis baptiſat⁹ fuerit p aq̃ regenerationis: ſaluari nõ poteſt. Ipſe enĩ ad hoc vẽit ĩ mũdum vt omnes homĩes vocaret in ſaluationẽ q̃ amiſſa erat p ſerpentẽ in ꝑmo Adam. Qui ergo iam deo p dilectionem mã

b ir datoꝝ

datoꝝ ac ꝑ myſteria ſacramētoꝝ eiꝰ cōiūcti eſtis: oculos mentis veſtrę attollite in gloriā maieſtatis & magnitudinis eiꝰ. Ca. V.

ANte omnia aūt & ſuꝑ ōnia: cœleſtis ſit cōuerſatio veſtra: nihilq; terrenū: nihil diabolicū: nihilq; carnale ſapiatis. Gratia enī ſaluati eſtis. Nec vllo mō dubitetis ꝑmiſſiones dei æternas: q̈s a me audiſtis: q̈s ꝑ memetipſū olī tradidi vobis. Iis aūt qui ſūt īcreduli: nec adquieſcūt veritati: tribulatio & indignatio & ignis æternꝰ: qui p̄paratus eſt diabolo & angelis eiꝰ. Amplitudo deniq; & altitudo charitatis ꝑ vos diffūdant: ꝑ quā alterutrū īuicē diligatis. Quia deus et charitas & veritas eſt: nihilq; ī eo triſte vl' mēdatium. Incōmutabilis enī eſt: & v'tꝰ dei vltra ōnem modū & omnē ſenſū ineſtimabilis.

Caput. VI.

BEne igit' facietis ſi abominamini idola q̄ dudū deos eſſe credebatis. Hęc autē ſūt opa manuū hōīnū: non vidētia neq; audiētia: quæ nec flatū habēt: q̄ ne[illegible] nec vos quicq̄ adiuuare pn̄t. Qui potiꝰ cultores ſuos in malitiā æternę tribulationis ſubmerſerunt: quia ī ipſis mā̄ufactis demōes dānati ſpiritꝰ erroris ſubītroierūt: qui hactenꝰ ꝑ lōga ſęcula

creaturā

creaturā ad imaginē dei factā ī morte decepe-
runt: donec nouiſſimo tēpore inſequēte v'tus
crucis dei viui eos diſpdidit: & ibi illuſionib9
quibus āte vos ledebāt coercuit. Cap. VII.

V Idiſtis enī p me in nomine dñi quē Iu-
dei crucifixerunt: & qui tertia die reſur-
rexit a mortuis: dęmōes exire coactos
de ſtatuis manufactis: ī quibus reſpōſa falla-
tia & plēa deceptionū cultorib9 ſuis dabāt: &
eas iuſſu meo in nomīe dei p v'tutē Chriſti in
puluerē redegiſſe. Ecce enī tēp9 q̄ dæmonibus
ablata eſt poteſtas decipiēdi & nocēdi: vt non
dominēt' hominū fideliū & vt nihil eos: qui
in deū viuū crediderīt: vltra ledere p̄ualeant.
Liberati itaq; a ptāte Satanę: gaudete in dño
qui liberauit vos: et nolite extollere cornu ve-
ſtrū aduerſus veritatē maieſtatis quā ſemel p
me cognouiſtis et ī potētia ſignoꝝ et curatio-
num efficacē copioſe pbaſtis. Nō eſt enī ali9
deus in cœlo & ī terra: niſi dñs Ieſ9 Chriſtus
quē vobis oſtēdi crucifixū a Iudeis: et tertia
die reſurrexiſſe a mortuis cuius nomē glorio
ſum erit in ſcl'a. Ecce aūt ipſe rex veſter.

Caput. VIII.

S Tephanus qui iā cognouit veritatē dei
creatoris ſui & baptiſat9 eſt a me cū ty-

rānis & ſatellitib⁹ ſuis: ī gratia dei q̄tidie cre-
ſcit noua germīs viui: q̄ dn̄s Ieſ⁹ Chriſt⁹ vſq;
in finē ſcl'i p eos q̊s nouit et p̄deſtiauit: ſibi mł-
tiplicabit ſecūdum diuicias gratię ſuę. In cu-
ius nomīe ſicut multi veſtrū viderūt: tyran-
num ei⁹ reſuſcitaui a mortuis: qui & ipſe cū
ſatrapis baptiſat⁹ a morte duplici ſubtractus
eſt. Virgo aūt Valeria ſpōſa regis terreſtris:
ſed meli⁹ ſpōſa regis cœleſtis: q̄ p meā p̄dica-
tionē v̄ginitatē mentis & corporis deo deuo-
uerat: gladio decollata: dū vitam tēporalem
cōtēpſit: æternā īuenit: & tēporalē mortē pro
Chriſto ſuſcipere non recuſās: æternā mortē
deuicit. Hęc enī p orationem meā ſpiritu ſctō
repleta: magna effecta ē in gratia dei. Et ideo
prudēs v̄go ad cœleſtia regna p̄uēit: & diabo-
lū triūphauit. Hæc porro ſpūs dei ī illa ē opa-
tus: qui omne bonū opat' in nobis in Chriſto
Ieſu: p cui⁹ amore & teſtimonio īuincibiles
ſemp nō cunctamur ferre cum omni patiētia
gladios carnificū. Pro cui⁹ teſtimonio grata
fuerūt nobis vincula: tribulationes: carceres:
āguſtię: fāes: diuerſęq; paſſionū acerbitates.
Ipſe enī locutus eſt nobis dicēs. Cōfidite ego
vici mundū. Cui⁹ enī gratię debet' ōnis plēa
victoria: niſi eius: qui de morte triumphator

morte

morte ſua mortē vicit & Satanā ligās: infer-
num ſpoliās: captiuū eſſe fecit. Spōſ⁹ autem
v̓ginis adeo ē effectus teſtis paſſionū Chriſti
vt ī corpore ſuo cœleſtē conuerſationē iā ꝑbe-
at ſubditis: deſideria carnis ſuę crucifigens:
regnū diaboli mīuēs: nec ſolū Chriſto cui cre-
didi: eccleſias ꝑ ſuū regnum ſecūdū ꝙ ſpiritui
ſctō & nobis viſum eſt diſponere: & fabricare
gaudeat: ſed ātiq̄ tēpla demonioꝶ: & ſpurciſ-
ſima fana idoloꝶ deſtruere ꝑfect⁹ ī fide videa-
tur. Ipſius enī iuſſu idola Cadurci oppidi ac
Toloſanę vrbis & cōfinis ei⁹ iam nuꝑ diruta
ſūt. Cui etiā obedire debetis ī omnib⁹: quia
ṗnceps a deo vobis ē cōſtitutus: a q̊ ōnis ptās
& paternitas ī cœlis & ī terra originē ac for-
titudinē ſumpſit. Quē ṗncipem bonū ad hoc
tātum mun⁹ ꝑduxit grauē & nouellę fidei: ꝑ
quā non⁹ homo factus nouo homini cōiūct⁹
ē: vt ꝑ ſuauitate q̊ꝗ p̄mii futuri illect⁹: copulā
carnaliū nuptiaꝶ deuitauerit ꝑ meā ꝑ̄dicati-
onem: q̄tenus liberior deo famulari poſſit &
multas cateruas ppl'oꝶ ſubdere fonti regene-
rationis. Caput. IX.

N Ec ideo tn̄ ꝓhibem⁹ nubere legittimo
cōnubio: cū et hoc cōiugiū hōeſtū cōceſ-
ſū ſit & cōſtitutū a deo ab initio mūdi ī

multiplicationē generis humani. Intantum eni dñs meus & magiſter Ieſus Chriſtus legittiū & īmaculatū thoꝝ cōnubii apꝓbauit ijs qui ī lāctificatiōe & honore caſtitatis nubere volūt: vt ad quaſdā nuptias īuitatus eas pñtia ſuę maieſtatis ſctificauerit: & miraculo magnifice ſtupēdo lętificauerit. Ibi eī ſex hidrias plenas aq̄ factas: aq̄ in vinū mutata: viniferas oñdit: & cunctos qui aderāt bñſitio tāto valde lętificauit. Hebręis q̄q; eū interrogātib⁹: ſi liceat homini dimittere vxorē rñdit dicēs. Non legiſtis quia qui creauit ab initio hominē: maſculū & feminam creauit eos: et bñdixit eis dicēs. Creſcite & multiplicamini & replete terrā: & terror veſter ſit ſuper cūcta aīantia terrę. Quod deus cōiunxit homo nō ſepet. Nā & pater noſter Adā p̄mus fact⁹ ex lio: vxorē cœpit ex coſta ꝓpria plaſmatā: de q̄ ꝓteſtatus eſt dicēs. Hoc nunc os ex oſſibus meis: & caro de carne mea. Hęc vocabit' virago: quia de viro aſſūpta eſt. Quapropter relinquet homo patrē ſuū & matrē ſuā: & adhęrebit vxori ſuę: & erūt duo ī carne vna. Vñ dñs et magiſter me⁹ Hebręis ſciſcitantib⁹ hęc q̄q; ſubītulit dicēs. Ego aūt dico vobis: quia quicumq; dimiſerit vxorem ſuam: excepta for=

nicationis cā: mœchat̄. Et qui dimiſſā ab alio duxerit: mœchat̄. Vltra hūc aūt ḡdū hōini licite cōceſſū viduitatē in p̄mio maiori cōſtituit. Sed et tertiū excellētem ḡdum honeſtatis ī v̓ginitate demōſtrauit nobis pfectū: & p omnia ſimilē āgelicę dignitati. Ad quē īuitabat nos dicēs. Nō omnes capiūt verbū hoc ſed qui pōt capere capiat. Cap. X

I Deo p̄dico vobis: quicumq; in vobis viduitatē ꝓpter recōpēſationē elegerit: nō fraudabūt̄ mūere claritatis dei. Qui vero ī ſublimitate excelſior pmāſerit v̓gines eſſe eligētes: cētuplicatā ī ꝑpetua bn̄dictione gloriā cōſequēt̄. Nā qui in v̓ginitate ſingulari v̓ginitatē matris ſuę elegit: qui mortuus & reſurrexit p̄mogenit⁹ ex mortuis: magnificētius ſecū qui tales eſſe elegerit in bn̄dictione & regno patris exaltabit. Omnis aūt p eccleſiā deo regenerat⁹ incorruptionē fidei poſſideat: ne corrūpat̄ pſidia ſerpētis: quia eccleſia ſācta & v̓go effecta ē: quā Chriſt⁹ reſurgens a mortuis ſāguine ſuo ſāctificauit: et p omnia īmaculatā cōſtituit. Caput. XI.

D E aliis vero admonere vos volo: vt cuſtodiatis vos ab īmolatiōe & ſuffocatis vt ſit ōnis fornicatio lōge a vobis. Im

mūditiā fugite: quia iā ſāctificati eſtis: in ſāc-
titate deo ſeruite. Cauete aūt a furtis & rapi-
nis: & ab omni auaritia: & nolite inuicē inſi-
diari. Certi eſtote: neminē effugere poſſe p̄ſē-
tiā dei viui: qui de cœlo reſpicit ſup filios ho-
minum. Cui ſi attētius ſeruietis: omnē mali-
tiā & venenū diaboli cōculcabitis. Ca. XII.

M emētote vero ſermonis mei quem ſepe
dicebā vobis: q̄ta & q̄lia ī cœlo p̄parata
ſunt ſāctis & timētib⁹ deū. Omnis enī
potētia & gloria: ī regno dei indeſinēter p̄ma-
nēt: q̄ nec augeri nec minui poſſūt: Ibi enī ſūt
theſauri ſapiētię et ſciētię pēnes: in eo qui nos
vocauit in regnū & gloriam ſuā. Ibi ordines
multitudinis laudantiū deum āgelorꝫ & vir-
tutum: q̄ p ipſum verbū: p q̄d omnia facta ſūt:
createę in laudib⁹ creatoris ſui quieſcunt. Ipſe
laus & requies eorꝫ & ſpectatio noua: in quē
ſēper deſiderāt pſpicere. Vbi locum habet
virginitas: continētia: caſtitas: lōganimitas:
expectatio: charitas. Quo fides et ſpes: timor
& munditia tēdunt. Ibi veritas & iuſtitia: &
pax et obediētia mādatorꝫ dei: locum patum
habēt ab origine mūdi. Multa milia illic po-
teſtatum & archāgelorꝫ ī intima luce gloriæ
dei creatoris ſui cōtēplari deſiderāt. Hęc antē
vobis

vobis cõmunia erunt: ſi ꝓximi deo fueritis: ſi amatores eiꝰ: ſi imitatores. Ille enĩ paſtor paſtoꝝ & rex regũ vobis reliquit exẽplũ: q̃d decenter ornat cõſciẽtiã veſtrã. Ca. XIII.

A Vdiſtis nãq; a me exẽplũ patiẽtię ipſiꝰ: quia cum malediceret non maledixit: qui ſicut agnus innocens: ãte tribunal corruptibilis iudicis ſe iudicare ꝑmiſit. Nã et diſcipulo ſuo a q̃ tradendũ ſe nouerat dulcedine ſuę bonitatis: nobis tremẽtibꝰ & intuẽtibꝰ ſęuitiã eoꝝ qui eum cõprehẽdere venerũt oſculum dedit. Qui autẽ eum tradidit cõdiſcipulus nobis erat: ſed merito auaritię ſuę plenus iniquitate: qua p̃cium mundi vẽdidit: obligatus ĩ nequitia deſperationis ſuę: vt etiam venia ſemetipſum ĩdignũ faceret: nõ ſuſtĩuit pœnitẽtiã: donec laqueo mortis ſemetipſum cõſumpſit. Tãtam ergo iniquitatẽ auaritię execrãini filii mei amãtiſſimi: gloria mea & corona: & nolite iterꝝ vos tradere in mortem ęternã quã iã ꝑ dei electionem euadere meruiſtis. Et nolite reuerti ad priſtina noxia: ĩ quibus ſeducamini ſecundum carnem: ſapiẽtes tñ ea q̃ carnis ſũt nõdum enĩ tunc noueratis ſapere ſecundum ſpiritum. Ca. XIIII.

D E cętero itaq; fratres gaudete quia euaſiſtis

ſiſtis laqueos auaritię: facti ſynceri & irrepre-
henſibiles coram deo & hominibus: & ſine
offenſa. Veritatem ex corde puriſſimam oſt-
endite: vt nunq̃ ĩ ipſam mentiri inueniamini.
Habemus enim teſtem veritatis & conſcien-
tię noſtrę deum magnum omnipotētem: &
filium eius ſaluatorem noſtrum: & paracle-
tum ſpiritum: qui charitatem dei infudit cor-
dibus noſtris. Cui per omnia ſemper placen-
tes inueniamur veritatis vi amici: ne timea-
mus vllo modo filios mendacii: qui inuidia &
multis peccatis obcęcati indigni ſūt cognoſ-
cere veritatem dei: & ſi cognoſcunt non eam
diligunt: quin potius perſequunt̃ q̃tum in ip-
ſis eſt. Quorum vindicta in proximo inſtat:
quia quod nolūt recuſāt: quod volūt approbāt
quorum taciturnitas( ſi non eā perſequerēt̃ )
ſufficeret illis ad damnationem gehennę: nūc
autem quia cognitam perſequūt[ur]: centupli-
catam ſibi gehennam adquirunt. Ne ergo ti-
mueritis neq; formidetis: ſed neq; admiremi-
ni eos. Vapor enim eſt nebulę: malitia eoꝝ:
quę cito pertrāſibit ſicut fumus noxius ocu-
lis. Deus autem & veritas in ſempiternum
permanet. Et veritate delectatur dominus
de⁹ noſter: mendatio autem irritatur. Nō em̄
eſt

eſt mendatium ex deo: ſed ex diabolo.

Caput. XV.

ROgate tāen pro talibus obſecrationem ad dominum facientes: vt ſi nō cognoſcunt claritatē veritatis quomodocūq;: ſaltē ab ignorantiæ nocte reſurgant: & aperiātur oculi eorꝝ ad intelligenda diuina: & pietatis plena myſteria. Qui vero puritatē veritatis cognoſcunt quidem ſed non diligunt: orate pro eis vt purgētur a malitia & nequitia cordis ſui. Pro vobis ſine intermiſſione orate vt nūq̄ veritas in intelligentia veſtra obnubilationem aliquo modo capiat (quod abſit) ſed ſemper quotidie augmētetur ad ſalutem veſtram in gloria dei patris. Oratio ſiquidem vobis neceſſaria eſt. Inſtantes itaq; orationi: īſtate quotidie: quia aduerſarius veſter in circuitu querens: vt fera peſſima: quam ex ouibus dei dilaceret. Qui maxime per fidem ſtabilē & orationem puram atque aſſiduam fugit ab ouili dei. Orate autem in gloriam domini: & quicquid exhibebitis fratribus: per gloriam dei exhibete: non per inanem gloriam: & voſmetipſos in gloriam dei continete. Petitiones in ſalutem æternam

quęrite

quęrite: regnum dei & iuſtitiā ei⁹ petere maxime deſiderate: & cuncta neceſſaria vobis a deo tribuentur. Patrē omnium deū in cœlis regnātem: ſemp innocate: vt veniat ei⁹ regnū depcātes: fiatq; ei⁹ voluntas in nobis ſicut in āgelis cœlorꝝ.

Caput. XVI.

VObis ipſis inuicē dōate vt ſine īpedimēto fiāt orationes veſtrę: & odium fratribus nolite tenere: neq; alicui detrahere īneniamini: & inſuper: aures a detractoribus auertite. In hoc enim cognoſcent nos omnes vere oues Chriſti eſſe: ſi dilectionē ſimplicem & ſanctā habuerim⁹ adīuicē. Tunc autē āici dei eritis: nec iā vos vocabit ſeruos: ſed āicos ſuos: quia in dilectione cōſumabitis.

Caput. XVII.

CVm vero īpietatē amātes qui ſūt longe a dilectione dei & mādatorꝝ ei⁹: conuéticula ꝓ veſtrā: immo ꝓ gloriā dei: vt verꝝ ei⁹ lucidiſſimū in ęternum obſcurare in aliquo poſſint: inter ſe egerint: nolite dubitare in fide dei: ſed voſmetipſos ī ſpirituſancto cohortātes ī laudes gratiſſimas deo datori omniū bonorꝝ credite: qui vos gloria ſua dignos efficiet: & ſub omni celeritate tāq̄ oriēs ſol in ſerenitate lucidiſſīa atq; placidiſſīa poſt tetrā noctē

noctē ad vos dignabit̃ ꝑ gratiā venire: & cali-
gines omnium inimicoꝝ veſtroꝝ in momē-
to ad nihilum rediget. Vobis autē dabit le-
titiā angelorū & claritatē cœleſtē ſupabūdā-
ter q̄ petitis aut intelligitis. Deo enim cura ē
de vobis: & nouit nequitiā inſidiātium vobis
vt puniat eam tēpore cōgruēti. Vos autem
ereptos a malitia diripientiū ſuperiores illis
fcaiet: nō ſolum in hoc ſeculo: ſed etiā in futu-
ro. Vobis enī eſt teſtis ſcrutator renū & cor-
dium. In eiꝰ obedientia nihil arrōgāter: nihil
ſupbe: nihil temere ꝓſumere: ſed tanq̄ puſillꝰ
grex dei: volūtatē eiꝰ adimplere ſtudete ī ver-
bis ſactis & operibꝰ bonis. Etenim freq̄ues et
aſſidua dei cuſtodia ſup vos: qui moderat̃ vos
in bonitate clemētię ſuę: ānuēs vobis ſecūdū
dignitatē & omnipotentiā magnitudinis &
maiſtatis ſuę. Caput. XVIII.

V Aeh aūt illis qui ꝓſentibꝰ intēti deum
nō diligunt & vos pſequūt̃. Nō enī vos
ſed deum pſequūt̃. Patit̃ em̄ deus ī vo-
bis qui in eum creditis: & retributionem eiꝰ
expectatis cum cōſcientia & fide apud eum.
Quādo autem patimini ꝓpter iuſtitiā: gau-
dete: & de iis q̄ in triſtitia cordis veſtri acci-
dunt nolite mirari. Eſt enim permiſſio iuſta
ꝓbans

pbãs & exãinãs corda veſtra ſicu vere diligi-
tis. Aduenę eſtis et icolę hui9 mũdi et velut
peregrini: ideoq; expectate hæreditatē regni
dei: q̃d poſt exiliũ mali hui9 ſeculi a deo cum
gaudio poſſidendũ pcipietis: & ſi quotidie pe-
regrinamini in multis tētationib9 & caſibus
dolor & ęrumnar: q̃s pferetis. Quid ad vos
delectatio mũdi? Mũdus.n. ſine fide iſidelis
vos aũt in fide & remuneratione gratię.

Caput. XIX.

C Onfido aũt de vobis i domino q liberabimini velociter a ſerpētib9 iſidioſis: & aduerſariis qui vobis ppter iuſtitiã dei detrahũt: qui vos volũt habere in cõfuſionem & in opprobriũ: & in damna temporalia. De quibus etiã eripiat vos mirabiliter oipotens deus: qui nũc vos habēt in deriſum & in ſimilitudinē i pperii: qui valde torquētur in veſtra bona fama: et glorioſa corã deo et ſanctis eius fidutia: dicētes vos incaſſum laborare ppter deum: & tãta mundi huius delecta mēta pp-ter vim virtutis & pceptum dei iane: cõtemnere. Eſt enim qui vobis fidem tribuit: & cui curatis placere: cuiuſq; voluntati concordare maluiſtis: et recordatis p vt noſtis et poteſtis ptector & cornu ſalutis veſtrę: exaltatio atq;

refugiũ

refugiū veſtrū in die viſitationis: quādo cūcta
diſcernet in veritate & ęquitate: iudicaturus
vnūquēq; iuxta vias ſuas: & iuxta fructū ad=
inuētionū ſuarꝫ. Vos autē ī adinuētionibus
veſtris nihil agitis nec ſapitis. Nec eī poſt cor
veſtrū ambulare debetis: ſed potius ī puritate
deo gratiſſima volūtatē cōſtitutionis dei adi=
plere paratis. Eſtis enī popul⁹ dei audientes
eū & in viis ei⁹ ābulantes. Ideo inimici noſ=
tri p nihilo humiliabūt a deo: et ſup tribulātes
vos erit man⁹ dñi ī vīdictā & vltionē debitā.
Qui enī mētiti ſūt deo: inimici ei⁹ ſūt: & erit
tēpus eorꝫ in ſęcula in tormētis ſecūdum rec=
titudinē iuſti iudicii dei: quem expectam⁹ vt
cōſolet vos: ſicut & cōſolari dignat⁹ eſt nos.

Caput. XX.

Ecce p eum qui ī me loquit dñm meum
& magiſtrū Ieſum Chriſtum annūcio
vobis. Iam īſtat regnū ei⁹: iā fulget ſup
ſolē nomē ei⁹: iam pdicāt p omnē terrā opera
magna & mirabilia. Iā ſubdidit ſibi pricipē
harꝫ puintiarꝫ: & futurū vt ſubdat ſibi pnci=
pes toti⁹ orbis. Iam excuſſit iugū diaboli de
ceruicib⁹ ſuorꝫ fideliū: iā ex ītegro cōfirma=
bit gloriā regni ſui ī vobis. Vnde oīs ecclia
exultatiōe īenarrabili replebit ſine vlla cūta=

 tione

tiõe feſtinãter: & gaudio q̂d nũq̃ poſſit aufer=
ri a diligẽtib⁹ & deſiderãtib⁹ charitatẽ & ve=
ritatẽ: & gloriã dei q̃ eſt Ieſus Chriſt⁹ dõinus
noſter bñdictus ĩ ſecula. Amen. Cõfracta eſt
deniq; catena diaboli; quia ligatos dei ſeruos ĩ
incredulitate tenebat: cui⁹ ſectatores malig=
ni in ſuis iniquitatib⁹ aſſumentur: et in ſupci=
lio ſuo deiiciẽt vſq; ad ꝓfundũ nouiſſimũ: in q̂
nõ eſt aq̃: ſed ariditas ꝑpetua cũ igne æterno:
vñ nunq̃ extrahẽtur. Quod ſi reſipuerit a ma=
litia ſua: liberabũt ab eo cui nihil ẽ ĩpoſſibile.
Deo eñi omnia ſunt poſſibilia. Et ſi liberatio
eoꝝ ꝑuenerit: & hoc donũ: & victoria: & im=
menſa g̃tia erũt in eis ſicut & in vobis.

## Caput. XXI.

VOs eñi ſcitis quõ reſtitiſtis veritati: ſed
g̃tias deo ago q̃ liberauit vos a lege pcti
et mortis q̃ ĩſpirauit cordib⁹ veſtris ea
velle: q̃ & ipſe deſiderat: atq; ĩ vnitate ſuę bõi=
tatis ꝑ gratiã adoptionis vos adunauit. Nũq̃
ergo deficiatis ab oratione pura: nunq̃ de dei
noſtri largitate deſperetis: quia ſalubriter quę
deſideratis adhuc differt: vt accẽdãt multo
magis deſideria veſtra ĩ eũ. Obſeruate aũt eos
q̃ ĩ hypocriſi loquũt mẽdatiũ: vt vos de via ve=
ritatis quã cũ deo elegiſtis auertãt ĩ ſcitas in=
congru

cognas iniquitatū & negligētię. Et q̄to ma=
gis ꝑ ipſos pulſat oſtiū mentis veſtrę Satha=
nas volēs irrūpere intro: & germē ī vobis pie=
tatis obruere: eo magis ſolidi ī charitate: et fi=
rmi in fide: & alacres in ſpe dei glorie: talibus
reſiſtite viriliter: ſciētes ꝙ ptrāſibūt ſub om̄i
celeritate q̄ vobis contraria ſunt: deo ꝓ vobis
pugnāte: ꝑmanebūt aūt ī ęternū q̄ per gratiā
ſpūs dei cōſtituta ſunt vobis. Eſt aūt hec ho=
ra nouiſſima ī q̄ oportet ab infidelib⁹ verita=
tem reꝓbari: fabulas aūt q̄ ipſis placēt: ꝑ fir=
mitate muri ſpiritualis extolli: cū ſit citiſſi=
ma caſura parietis eoꝝ: quia linitus eſt abſq;
temperatura: nec ſunt veraces qui linūt eum
& ꝓphetātes mēdaciū. Sed & plātatio corū
ſi aliquid etiam germinis emerſerit eradica=
bit: vt nō appareat veſtigiū laborꝫ eorū. Veſ=
tra aūt plātatio: quā in vobis pater cœleſtis
plātauit: nullo mō eradicabit: & vſq; ad cœ=
los cœlorꝫ & ante cōſpectū domini ſine fine
coronāda: amplificabit in augmētatiōe dex=
terę v̄tutis dei: qui humilia reſpicit & alta a
longe cognoſcit. Caput XXII.

V Nde fratres mei vobis erit magna dei
retributio in bōis glorię ſuę: qui ei obe=
ditis: qui eū imitati fuiſtis: cui⁹ volun=

tas requieuit in vobis: qui ꝑ ei⁹ nomine tāta ab īuidia ſerpētis antiqui paſſi eſtis hucuſqꝫ. Nō aūt vos eſtis qui vincitis īuidiā Satanæ: ſed deus & pater omnis glorię fortitudinem incredulorꝝ & aduerſantiū atqꝫ īſidiantiū vo: bis ī vobis deuicit. Nec enī vos eſtis victores ſed deus omnis gratię: ī quē fideliter creditis & aſpiratis: quem vere diligitis. Ideoqꝫ nihil meritis veſtris adſcribatis: quaſi nō egetes dei gratia: quia ſine deo nihil poteſtis facere.

Caput. XXIII.

C Ommēdo aūt vos deo in gratia eius in qua ſtatis: vt liberet & cuſtodiat vos a malis omnibus nō ſolū ī hoc ſeculo ſed etiā in futuro. Et valde cōgratulor fidei veſtrę in qua deo ſeruiētes attētius ei placere deſide: ratis. Porro a murmuratione cuſtodite cor: da veſtra: et timete tormēta æterna: tormēta amara & intollerabilia: quib⁹ peccatores & qui deū nō nouerūt puniēt: & qui cognitū nō dilexerūt. In q̄ exemplo cruciatū gehēnę ſępe videtis tribulationes quibuſdam imminere ī corporib⁹ ardētib⁹: q̄s tamen qui in gratiarū actione ſuſtinēt: coronā ſibi adquirunt. Non ergo admiremini vidētes ignita in ferocitate cruciari īnoxios. Quos enī diligit dn̄s flagel: lat

lat: Ipſos autē qui mei filii ſunt: ſi ſentimus ī cōtuātia proteruitatis poſt baptiſmū: nullo modo ꝑturbamur: ſed magis cōdolem⁹ illis.

Caput. XXIIII.

Veſtra aūt oratione tales opus habēt: vt oretis ꝓ eis: q̄tinus diabol⁹ a cordibus eoꝝ auferat: qui eos ad hoc īcitat cōtra nos vt in ęternū demergat īteritū. Quando aūt p̄ſens fui vobis corpore: vnanimi dilectione me habuiſtis in charitate Chriſti: ideoq̧ plurimū cōgratulat⁹ ſum ī dn̄o veſtrę ſanctę fidei & dilectioni. Et hac de re oratio noſtra cōtinua ꝓ vobis eſt ad deū: vt hic & ī futuro a malis om̄ib⁹ vos eripiat. Abſens vero corpore erga vos eādem dilectionē poſſideo: et ideo maxime: quia ſcio eam vos erga memetipſū poſſidere. Talis eni dilectio amabilis ſpiritui ſancto eſt: ꝑ quā venietis ad gaudia claritatis domini: vbi cuncta vobis gloria affluet: q̄ nūq̄ minorat̄ in pſecutionib⁹. Denioꝫ quia ſuſtinetis eas a ſuperbis huius ſeculi: nolite a fidutia dn̄i deſperare: ſed ad eū corda veſtra cōuertite qui vos liberabit a p̄ſenti & futura ira.

Caput. XXV.

Obſeruationes aūt dieꝝ & temporꝝ atq̧ aſtroꝝ nolite attēdere: quib⁹ gētes ido-

lis dedite intēdunt: & tali obſeruatione a dia-
bolo decipiūt: & a veritate relīquūt. Cōfidite
ergo in potētia dñi Ieſu Chriſti: cui⁹ clemētia
imēſurabilis eſt: cui⁹ poteſtas ieffabilis: cui⁹
gloria ſemp et i æternū deſiderabilis: quia nū-
q̄ derelinquet vos: ſed in ōnib⁹ vbiq; vobis ad-
erit: ſicut ipſe nobis pollicit⁹ eſt dicens. Ecce
ego vobiſcū ſū oīb⁹ dieb⁹ vſq; ad cōſumati-
onē ſeculi. Ipſi ei oīa abſcōdita patēt: & ni-
hil ſine eius voluntate poterit vobis euenire.
In illi⁹ contēplatione mētem veſtrā aſſidue
figite: et p̄ter eū nihil diligatis: qm̄ ipſi cura eſt
de vobis. Caput. XXVI.

Q Vod vero i veſtra poſtulatiōe a me pe-
titis: ſcitote cōfidētes: q̄a deo tribuet
vobis vltra q̄ petitis & itelligitis. Ipſe
enim eſt pax: ipſe oīa ſupat bella: ipſe vobis
victoriā de inimicis: pacē firmā & ſine ſag-
uine dabit. Hęc eſt enī volūtas ei⁹ & gloria: &
de veſtro bono deſiderio cōgaudet. Noſq; ei
ḡtias referim⁹ qui ſedet ad dexterā dei patris
i gloria ſpirit⁹ ſcti. Caput. XXVII

S Alutate i pfectione pacis qui diligunt
dñm Ieſum Chriſtū. Pro impiis vero
aſſidue orate: vt ad veritatem dei cōuer-
tant: p gloriā in q̄ pmanem⁹: & cū q̄ ſine fine

ppe

ꝑpetuã dei viſionẽ cõtẽplabimur. Pro q̃ etiã millies corpus noſtrũ ſub omnibꝰ tormẽtis morti dare optamꝰ. Eſt enĩ viſio dei q̃ ſola ã=geli ꝑfruũt: & omnes ꝑfecti in dilectiõe eiꝰ: ad q̃ peruenire deſideramus quotidie ſuſpirã=tes ad illiꝰ ĩeſtimabilẽ gloriã.

Caput. XXVIII.

FAtigari aũt vos nolo vſq; ad me: q̃uſq; nũcium meũ videtes ſine aliq̃ heſitati=one ad ꝑſentiã noſtrã veniatis: vt ꝑſẽtes ĩuicẽ in gloriã Chriſti gaudeamꝰ: q abſentes eiꝰ dilectiõẽ & ꝑſentiã omnipotentię ſue omni hora ꝑ oculis habemꝰ. Pax vero & omne bo=num: omniſq; conſolatio: oro deum vt iugiter maneat vobis: laguorẽ aũt ac nequitiã et om̃e pctũm: & quicquid eſſe poteſt moleſtũ ꝓcul faciat a vobis: vt animæ veſtræ in gloriam dei ſine corruptiõe ꝑueniãt et abſq; metu dia=boli corpora aũt veſtra ſine macula pctõꝝ ꝑ=ſentent domino ĩ reſurrectione carnis ad diẽ vniuerſalis iudicii. AMEN.

Impreſſum Francfordię cis Oderam
in cœnobio fratrũ Minorũ. Anno.
MDXXVIII.

Marc[us] in [?]urgis

Leges Capitulum in biblia sunt

[?] nostri cum patribus lectum.

lege capitulum atque ita poteris

intra biennium totum textum bibliorum

lege etiam

solum Philippum in scripta dia lecta

deinde locos communes theolo: Philipp

deinde examen Philippi

Lutherum in 3 et 4 tomis

Philippum ad Roma: Thimotheum

Danielem, in Johannem

Franciscus Vatablus in textum

bibliorum scripsit annotationes grammaticas plurimum studiosis profuturas